

Domschule Güstrow

**Viro Perillustri Ac Summe Venerando Francisco Volcmaro Fritzschio Academiae  
Rostochiensis Seniori Gravissimo ... Quinquagenaria Magisterii Lipsiensis Sacra  
Die XVII Mens. Februar. A. MDCCCLXXV Celebranda**

Rostochii: Typis Academicis Adlerianis, [1875]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1041394675>

Druck Freier  Zugang



OCR-Volltext

Q. F. F. F. Q. S.

VIRO PERILLUSTRI AC SUMME VENERANDO

# FRANCISCO VOLCMARO FRITZSCHIO

ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS SENIORI GRAVISSIMO

ANTIQUITATIS INTERPRETI VERISSIMO CRITICAE ET GRAMMATICAE ARTIS DUCI PERITISSIMO PHILOLOGO FACILITATE INGENII SINGULARI QUI ADMODUM JUVENIS QUAESTIONES LUCIANEAS EDIDIT PLENAS ILLAS EXIMIAE ERUDITIONIS ATQUE SUBTILIS JUDICII EX QUIBUS TAMQUAM E THESAURO VEL PRINCIPES GRAECARUM LITERARUM SUAM LOCUPLETARUNT DOCTRINAM QUI EGREGIAM QUA USUS ERAT GODOFREDI HERMANNI DISCIPLINAM TAM FELICITER EST AMPLEXUS ET PERSECUTUS UT ET ARTIS METRICAE CUJUS AB ILLO ERANT FUNDAMENTA POSITA CUM ALIAS MULTAS LEGES RECTIUS PERSPICERET TUM GLYCONICORUM VERSUUM RATIONES AD VERAM NORMAM REDIGERET ET UBERRIMAM GRAMMATICAE DOCTRINAE COPIAM NON MINUS QUAM SAGACISSIMUM CRITICI ACUMEN DOCTISSIMO CUIQUE PROBARET QUI MULTIS VETERUM SCRIPTORUM LOCIS VEL LUCEM VEL MEDELAM ATTULIT DE ARISTOPHANE PRAECLARE MERITUS EST LUCIANUM AUTEM SIC RECENSUIT UT IS NUNC DEMUM SIBI REDDITUS VIDEATUR QUI POSTQUAM MUNUS PROFESSORIS IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI HONORIFICE EI OBLATUM SUSCEPIT SUMMA FIDE DILIGENTIA CONSTANTIA PER XLVI AMPLIUS ANNOS DOCTAE ANTIQUITATIS STUDIA SOLUS FERE TUITUS EST NEQUE IN LECTIONIBUS PUBLICIS INTRA PRAESCRIPTOS OFFICII FINES SE CONTINUIT SED NOBILISSIMOS GRAECORUM ET ROMANORUM POETAS PROPEMODUM OMNES INTERPRETATUS EST NON NEGLECTIS NEQUE SOLUTAE ORATIONIS SCRIPTORIBUS NEQUE RERUM ANTIQUARUM INVESTIGATIONE QUI SEMINARII PHILOLOGICI STUDIA DILIGENTISSIME REGERE NUMQUAM DESTITIT QUANTUMVIS HOMINES SAEPE AC TEMPORA DIFFICULTATES EI ATTULERINT AC SODALIBUS QUORUM IN ANIMIS OPTIMI MAGISTRI MEMORIAM NULLA UMQUAM OBLIVIO OBSCURABIT NON MINUS EGREGIUM PRAECEPTOREM QUAM DOCTOREM SOLLERTEM SE PRAESTITIT QUI DENIQUE MORUM SIMPLICITATE INTEGRITATE LIBERTATE OPTIMI CUJUSQUE ANIMOS ADEO IN SE CONVERTIT ET CEPIT UT AMENT OMNES ODERIT NEMO

QUINQUAGENARIA MAGISTERII LIPSIENSIS SACRA

DIE XVII MENS. FEBRUAR. A. CIOIOCCCLXXV

CELEBRANDA

## SCHOLA CATHEDRALIS GUSTROVIENSIS

QUAE ET IPSA INSTITUTIONI EJUS PLURIMUM SESE DEBERE GRATA RECORDATUR  
PIIS VOTIS PRO SALUTE NUNCUPATIS  
GRATULATUR.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Bücherei des Heimatmuseums  
R  
177d  
Güstrow

033

Q. F. F. F. Q. S.

VIRO PERILLUSTRI AC SUMME VENERANDO

# FRANCISCO VOLCMARO FRITZSCHIO

ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS SENIORI GRAVISSIMO

ANTIQUITATIS INTERPRETI VERISSIMO CRITICAE ET GRAMMATICAE ARTIS DUCI PERITISSIMO PHILOLOGO FACILITATE INGENII SINGULARI QUI ADMODUM JUVENIS QUAESTIONES LUCIANEAS EDIDIT PLENAS ILLAS EXIMIAE ERUDITIONIS ATQUE SUBTILIS JUDICII EX QUIBUS TAMQUAM E THESAURO VEL PRINCIPES GRAECARUM LITERARUM SUAM LOCUPLETARUNT DOCTRINAM QUI EGREGIAM QUA USUS ERAT GODOFREDI HERMANNI DISCIPLINAM TAM FELICITER EST AMPLEXUS ET PERSECUTUS UT ET ARTIS METRICAE CUJUS AB ILLO ERANT FUNDAMENTA POSITA CUM ALIAS MULTAS LEGES RECTIUS PERSPICERET TUM GLYCONICORUM VERSUUM RATIONES AD VERAM NORMAM REDIGERET ET UBERRIMAM GRAMMATICAE DOCTRINAE COPIAM NON MINUS QUAM SAGACISSIMUM CRITICI ACUTISSIMO CUIQUE PROBARET QUI MULTIS VETERUM SCRIPTORUM LOCIS VEL LUCIANI MEDELAM ATTULIT DE ARISTOPHANE PRAECLARE MERITUS EST LUCIANUM AUTELEPHANTICENSUIT UT IS NUNC DEMUM SIBI REDDITUS VIDEATUR QUI POSTQUAM MUNIFICENTIAE HONORIS IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI HONORIFICE EI OBLATUM SUSCEPIT SUMMA DILIGENTIA CONSTANTIA PER XLVI AMPLIUS ANNOS DOCTAE ANTIQUITATIS STUDIUM PERSEVERAVIT FERE TUITUS EST NEQUE IN LECTIONIBUS PUBLICIS INTRA PRAESCRIPTOS OPORTUITATEM SE CONTINUIT SED NOBILISSIMOS GRAECORUM ET ROMANORUM POETAS NUMEROSISSIMOS OMNES INTERPRETATUS EST NON NEGLECTIS NEQUE SOLUTAE ORATIONIS SPECIMINIBUS NEQUE RERUM ANTIQUARUM INVESTIGATIONE QUI SEMINARI PHILOLOGORUM DILIGENTISSIME REGERE NUMQUAM DESTITIT QUANTUMVIS HOMINES SAEPE ACUTISSIMIS DIFFICULTATIBUS EI ATTULERINT AC SODALIBUS QUORUM IN ANIMIS OPTIMI MEMORIAM NULLA UMQUAM OBLIVIO OBSCURABIT NON MINUS EGREGIUM PRAESENTIUM QUAM DOCTOREM SOLLERTEM SE PRAESTITIT QUI DENIQUE MORUM SIMPLICITATE INTEGRITATE LIBERTATE OPTIMI CUJUSQUE ANIMOS ADEO IN SE CONVERTIT ET CELEBRITATE MENT OMNES ODERIT NEMO

QUINQUAGENARIA MAGISTERII LITTERARUM SACRA

DIE XVII MENS. FEBRUAR. A. CIVITATIS

CELEBRANDA

## SCHOLA CATHEDRALIS GUSTROVENSIS

QUAE ET IPSA INSTITUTIONI EJUS PLURIMUM SESE DEBERE RECORDATUR  
PIIS VOTIS PRO SALUTE NUNCUPATIS  
GRATULATUR.